



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

V. Vt imperatori honor ab omnibus obseruetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO
CHRISTI
176.

Vt ecclesiasticus honor , & sacerdotalis atque clericalis reuerentia, debita competentique sinceritatis religione ab omnibus amplectatur, & in omnibus custodiatur , sicut aui & genitoris nostri monent edicta.

V.

Vt imperialis honor ab omnibus fideliter obseruetur , & quæ ab eo , seu per epistolam , seu per legatos præcipiuntur,a nullo impune audeant violari.

V I.

Vt episcopi ministerium suum secundum sacros & sancto Spiritu promulgatos Canones peragant. parochias suas absque alicuius impedimento , prædicando, corrigendo, & confirmando circumeant. & in hoc agendo nullus eis contraire , & quod ad ministerium illorum pertinet contradicere in ipsis parochiis audeat , vel eis exinde aliquam molestiam inferat : sed adiutor, si oportuerit , inuitatus a pontifice quisque ecclesiæ filius existat, vt liceat eis criminalia scelera , & alia quæque corrigenda , inquire , discutere , & diiudicare canonice. Quod qui temerare proterue præsumpserit , triplicem legem , & triplex bannum nostrum persoluat.

V II.

Vt episcopi secundum sacram iussionem Domini nostri Iesu Christi prædicationem per se vel per suos congruenter exerceant , & presbyteros suos vt similiter faciant instruere procurent. Et vt sacerdtales & fideles laici diebus festis , qui in ciuitatibus sunt , ad publicas stationes occurrant : & qui in vil-

Ggg iiij